

# ALLEGATIONIS IVRIS PRO PETRO LLVNELL.

CONTRA.

IACOBVM LLVNELL.

**P**A TRIMONIVM Quinquaginta librarum annualium, factum & constitutum pro Anthicū Llunell, Iacobo eius filio pro facris ordinibus suscipiēdis, sub die 8. Mar. 1600. factum quidem fuit, & constitutum, non ad imperpetuum, nec etiam ad vitam dicti Iacobi simpliciter, sed cum illa clausula, non semel, sed bis, & ter repetita, donec, & quousq. pruisus fuisset de aliquo, seu aliquibus beneficio, seu beneficijs Ecclesiasticis, de quorum fructibus, & redditibus, comode se sustentare, & alere posset, & valeret, ac illa etiā ratione in præmio adiecta. Attendentes vos in præsentiarum nullum beneficium Ecclesiasticum obtinere, de cuius fructibus, seu redditibus vos sustentare, & alere possitis, quibus de causis pro occurribus necessitatibus vestris ad victū & vestitum necessarijs, & præcipue quia meritorium est in diligentibus subuenire, illis præsertim qui Dei seruitio cupiunt militare, & altissimo famulari. Idcirco. &c.

Perquę mihi met ipsi ego persuadeo, ac sibi etiam persuadere debere omnes arbitror, quod sic ad præsens cessat, & cessare debet dicti patrimonij præstandi, & soluendi obligatio, quia habet dictus Iacobus satis superque vnde se aliunde alat, licet non ex aliquo beneficio Ecclesiastico, sed ex rebus profanis sibi per patrem nouissime relatis in suo testamēto, quemadmodum si reuera beneficium Ecclesiast-

A

ticum

ticum dictus Iacobus fuisset consequutus, ex cuius fructibus, & redditibus conimode, & honeste ali posset, qui fuit casus solummodo expressus in donatione.

Moueor primo, quia licet in contractibus non sit licita regulariter extensio, sed quod est omissum habeatur pro omisso, l. quicquid stringendę de verb. obliga. l. si vnuſ §. ante omnia ff. de pac. l. si ita stipulatus §. Chrisogonus de ver. oblig. & l. si stipulatus §. stipulamur, eo. tit. vt post Alex. Ias. Socin. Dec. & alios inquit Hiero. Gab. in consl. 95. nu. 17. vol. 2. Thesau. decif. 270. n. 29. Surd. decif. 202. nu. 9. & decif. 283. Obidque videatur quod in nostro casu in quo sumus in contractu, ex quo solum expressus est casus quando Iacobus Llunell haberet beneficium Ecclesiasticum, vnde se posset alere, non sit tractandum de alio, videlicet si habet vel non habet, vnde se alat aliunde quam ex aliquo beneficio Ecclesiastico. Nichilominus etiam in contractibus quando omissum ex verisimili mente disponentis potest in casu expreso contineri, nō procedūt supradicta, imo quia tūc omissum non dicitur omissum, sic de omisso depositio dicitur loqui atqui de expresso Curt. sen. in consl. 57. Ruin. cōsl. 170. lib. 2. Meno. consl. 76. nu. 25. vol. 1. & Thesau. qui eos, & alios refert in cita. decif. 270. nu. 31. Adde Paris. in cōsl. 72. nume. 98. vol. 4. Imo (inquit Thesau.) casus comprehensus in dispositione dicitur qui venit ex tacita mente contrahentium. l. si extraneus, de condic. caus. dat. maxime si ex natura causæ finalis casus ille tacite prouisus esse dicatur Ias. in d. l. extraneus nu. 1. Vbi generaliter scribit regulam casus omisi in contractibus nunquam militare quoties ratio causæ finalis vtrumque casum comprehendit. Nā omis-sus casus includitur in expresso ex identitate rationis, non per extentionem, sed per intentionem, neque per ampliationem, sed per declarationem, ad quod confirmādum plures idem Thesau. ibi adducit videndos. Adde Surd. in cōsl. 67. nu. 39. in fin. Moli. de primoge. hispan. lib. 1. c. 5. nu. 12. Interpretationem intellectuam, & declaratiuam, quod idem est, alij appellant ut est tex. & glo. & ibi omnes in l. quamuis

eis.C.de fideicom.Simon de Prēt.de interprera.vltim.lib.  
3.interprē.3.dub.1.solu.11.nu.5.circa med.Decia.in consi.  
1.nu.143.vol. Cæf.Barz. in consi.posito post decisio. Bo-  
non.nu.141.Manti.de Taci.& ambig.conuen.li. 4.tit.32.n.  
69.Paris.consi.72.num.98.vol.4.Surd.consi.241.nu.49 . &  
164.Vincen.Honde.in consi.1.nu.18.vol.1. Adde Ioan.Frā.  
à Ponte in consi.36.nu.28. vbi probat quod quando casus  
omissus est similis expresso,& habet eundem effectū,tunc  
fit extēsio,quia non est vera extensio , sed cōprehensio vt  
post Bar.& alios reassumit.Iaf.in l.Gal.in §. si quid si tātū,  
de lib.& posthū.Vincē.de Fran.decif.651. n. 5. vbi reffert  
Dyn.in reg.vlt.de reg.Iu.in 6.dicētes q̄ quādo est eadē ra-  
tio,& mēs dicitur idē casus.viden.Can.partis alteris aduo-  
tus in 3.par.varia.c.7.depac.nu.137 qui idem dicit quod sa-  
pra relati doctores etiam in materia contractus.

Sic punctualiter succedit in nostro casu,licet enim casus  
si haberet aliquādo Jacobus Llunell ,vnde se aleret aliter  
quam per affectionē alicuius beneficij Ecclesiastici, videa-  
tur quidē casus omislus.Attenta tamen mēte donantis , &  
ratione finali dispositionis dici debet de necessitate com-  
prehensus.Ratio est manifesta & clara,quandoquidem pa-  
tris intentio non fuit alia vti ex eodem instrumento deprē-  
henditur,quam prouidere mendicati filij qui nihil tunc  
habebat,vnde viueret,vt se conformaret cum depositione  
sacerorum Canonum prohibentium,ne quis possit ordinari  
nisi vel ex beneficijs Ecclesiasticis,aut alias habeat vnde se  
alat,ne in opprobrium,& dedecus ordinis clericalis men-  
dicare postea cogeretur,iuxta tex.in c.Fpis.& c.tuis de præ  
ben.Sacrum Tridentinum Concil.sessi.21.de reforma.cap.2. que  
mendicitas cū atque cesseret per consequitionem honorū,ex  
quibus clericus possit commode,& honeste viuere , atque  
per consequitionem beneficiorū ecclesiasticorum,vt de-  
se patet,inde sequitur quod eodem modo dicti patrimonij  
præstatio cessare debet,si ex bonis profanis cōsequatur cle-  
ricus vnde viuat , atqui si ex Ecclesiasticis ,qui fuit casus  
per donatorem prouisus,cum enim in utroque militet ea

A 2 dem

4

dem ratio, idem propterea ius debet militare in utroque  
l. illud ad l. aquil. & temper debet plus attendi ratio, quam  
dispositio. l. glof. in c. consuetudo, distinc. l. Rebuf. in l. vni.  
nu. 183. C. de senten. quæ pro eo &c. Nicar. de oper. noni nū  
cia. nu. 193. & ratio præfertur verbis, c. solitæ de maioritate  
& obediens. c. præcipimus 12. q. 1. & ampliat dictum l. cum  
pater §. dulcissimis, de lega. 2. Socin. confi. 108. nu. 3. vol. 3. la  
te Bec. confi. 62. nu. 15. & lex nō est imposita verbis, sed sen  
sui, & rebus, l. 2. in fin. C. commu. de lega. & iura ex ratione,  
& mente, non ex verbis intelligenda sunt, glo. in l. damni  
infecti. §. si is qui vicinas ff. de dam. infec. Hæc omnia (ne  
feciliter contemnas) sunt Ioannis Petri Surd. decis. 19. &  
rursus decis. 35. de eadem re agentis, vbi ex eis refert Deci  
sum in Senatu Mantua. sub exemptione a rusticalibus fun  
ctionibus concessa famulis, qui ad ciuium panem, & vinum  
int, compræhendi etiam quosdam operarios, licet non sic  
ut loquitur exemptio, seruirent, sed locauerat totius anni  
operas reuerendis Carthusientibus pacta mercede solidi  
rum duodecim in singulos dies non festiuos, cū pacto quod  
alijs interim non possent seruire, & refert Baret. quæ di  
cit post ea scripta se vidisse in conf. vltim. vbi in simili susti  
net, non esse functionibus grauandum famulum qui seorsum à domino habitat quādo domino inseruit pacta merce  
de & salario, quia eadem in utroque militat ratio.

Hæc interpretatio est conformis dispositioni iuris cano  
nici in hac materia loquētis: illud enim, cuius curæ fuit pro  
uidere ne clerici mendicare in opprobrium ordinis clericalis cogerētur, hos duos casus parificauit, quod haberent  
vnde se alerēt ex beneficio ecclesiastico, vel ex proprio pa  
trimonio, volens quod quocunque ex istis modis haberent  
vnde viuerent, ordinari possent in c. Epis. &c. tuis deprebē.

Item Sacrum Tridenti. Concil. in cit. c. 2. sessio. 21. de re  
forma, quod prohibuit vendi aut alienari patrimonia quæ  
sunt pro suscipiendis ordinibus ne in dedecus & opprobriū  
ordinis clericalis &c. exceptit nisi habeant beneficium Ec  
clesiasticum vnde viuant, vel alia bona ad idem sufficiētia,  
equi-

æquiperans hęc duo interfesc.

Et finaliter est dicta interpretatio cōformis doctrinis doctorum , hij enim a regula illa quod Epif. teneatur alere quos ordinauit non habentes vnde viuerent, excipiunt ne dum casum si habeant beneficia Ecclesiastica ex quibus viuant, sed etiam si alia bona, vt in supra allegatis iuribus, & in terminis, ita docet Surd. de alimen.lib.7.q.37.nu.1.

Idque optima quidem ratione quia nō est curandum de modo , dummodo effectum habeamus, l. insulam, de præscrip. verb.l. si uno ff.loca.l. si olei.C. eod. cum alijs allega. per Surd.decis.158.nu.11. plene idem Surd.decis.276. num. 15. & 18. Non enim reffert quid ex æquipollentibus fiat, l. mulier.in prin.ff.ad Trebel.l. si mater vbi glo. C. de insti. & substitu.cum simul.Surd.decis.35.nu.8.pulcherrime Ioā. Fran.de Ponte in consi.36.nu.24.adducens ad id l.f. C. de dona. quæ sub modo, & quod ibi not.Bal. quod no <sup>n fatus</sup> differentiam dummodo habeamus principalem inter.acionem, & effectum,Hinc(inquit) tex.in l.fin. §.fin.ff.Māda. luit non attendi verba, sed finem, & intentionem . Adidē tex.in l.sed seruus de verb. oblig. vt quando consideratus fuit effectus, non curremus ipsum adimpleri in forma specifīca & quando sumus certi de intētione, ad implētur verba per æquipollētia, alia pulchra his doctor adducit, quę sunt ad propositū videnda ex num.14. cū multis sequēt.optime Port. Immol. in consil.183. & nu.23. cū sequent.

Si ergo æque per consequitionem bonorum profanorū habemus effectum sublationis mendicitatis in clerico , ad quam tollendam attenderat iura, & obligatio nostra, atqui per adeptionem beneficiorum Ecclesiasticorum, nulla potest iusta ratio assignari, cur si mendicitas tollatur isto modo, cesseret obligatio, non si illo.

Dices, cur ergo solūmodo de cōsequitione beneficiorū Ecclesiasticorū nostra obligatio loquitur? Percōtaris bene, sed respōdeo ad satisfactionem, q. quandoq. iura nostra, ac etiam hominum dispositiones nonnulla exprimunt, & ponunt frequentioris usus causa, idest quia frequentius acci

A 3 dunt

dunt, non quia sint ad assentiā rei necessaria, quę sunt eius  
piatūræ vt non restrīngant dispositionem, iuxta glo. 1. in l.  
1.C. de his qui ad eccl. config. & in l. 2. in prin. verb. filio  
procedentem ff. de vulgar. vbi. las. nu. 11. cum alijs late  
aductis per Surd. in cita. decif. 19. nu. 3.

Exempla de hoc habemus in iure nostro, non pauca, i. po-  
test constitui in dispositione c. quanuis pactum de pac. in  
6. Vbi agens Rom. Pont. de renuntiatione quam filia dote  
contenta facit pātri, ponit illa verba, cum nuptui tradeba-  
tur, non quasi locum dispositio non efft habitura si renun-  
tiatio fuisset facta alio tempore, quam nuptiarum, contra-  
rium enim est indubitatum vt resoluit Dida. in repeti. e-  
iusdem tex. in 3. part. §. 2. in prin. cum pluribus quos addu-  
cit, sed quia vt plurimum renuntiations p̄adictę fūt per  
filias, cum nuptui tradūtur ideo Pont. verba supradicta tex-  
tūbat. t.

Aliud exemplum potest constitui de illis verbis, pactisq.  
rimonij tempore, positis in l. Diui C. de natura. lib.

Aliud denique de illis, quod dixerit tempore sponsalio-  
rum, positis in capit. vni. de fil. nat. ex matrim. ad morgan-  
contrac.

Perquæ dicimus in nostro casu verba illa, donec & quo-  
usq. de beneficio ecclesiastico fuerit prouisus ex cuius fru-  
etibus possis te allere, non restrīngere dispositionem, quia  
frequentioris usus gratia posita sunt: noluit donator ad pē-  
tionem teneri donech donatarius haberet, vnde viueret,  
nec erat iustum quod ulterius teneretur, & quia frequen-  
tior modus, quo solent clerici consequi vnde viuāt, est per  
affectionē alicuius beneficij ecclesiastici, alias enim vix  
aliquid eis relinquit nemo, ideo cum casum uti magis fre-  
quentem exp̄ressit, non animo excludendi alium, qui licet  
raro, poterat tamē cōtingere quod bona ei relinquerētur,  
vnde que atqui ex beneficio ecclesiastico vivere posset.  
Ad hoc est quod consideretur quod non est positum sim-  
pliciter donech beneficium ecclesiasticum habeas, sed cum  
illa qualitate, de cuius fructibus, & redditibus allere te pos-  
sis,

7

sis, taliter quod non est consideratum beneficium, ut beneficium, sed beneficium quatenus ex eo donatarius sustentare se valcat. Quae quidem qualitas est precipue attendenda, quia eius contemplatione est dispositio facta ad tradita per Seraphi de Oliuar. decis. Rot. Roma. 1058. n. 9. Nec sufficeret habere beneficium nisi cum illa qualitate, ex cuius fructibus &c. quia cum aliquid profertur cum aliqua qualitate, debet verumque adesse, & probat l. i. §. ait pretor, & ibi Bar. ne qui in flum. pub. & l. prætor, §. docere, ff. de vi bon. raptor. Greg. Lop. in l. i. glos. 2. in fin. tit. 13. par. 2. Si ergo aliud habeat clericus, unde intentioni donatoris satisfit, ut satisfit de bonis obuentis, nedū intentioni donantis, sed etiā iuris canonici de hoc loquétis dispositioni, dubio procul dicere debemus eodem modo istū casum sicuti illū fuisse cōprehēsū. Notādus est Surd. in cita. decis. 19. n. 2. vbi eodem argumēto vtitur reddēs rationem, quare statutū illud de quo supra diximus, loquitur de famulis ad panē, & vinū domini viuentibus non de alijs, dicens id fieri gratia frequentioris usus, quia frequentius conduci solent famuli ad panem & vinum cum certa mercede ad singulos menses, quā sola pecunia, & ideo non excludere alios famulos, qui alterius conducti reperiuntur, cum in utrisque militet eadem ratio, & quā frequentioris usus gratia ponuntur dispositio nem non restringant.

Sed quod magis propositum, & intentum nostrum probat, est quod doctores tradunt in materia quartæ mulieri pauperi debitę interminis aucten. præterea C. unde. vir. & vxor. & corporū unde sumitur. Palā enim est quod Imperator solis mulieribus inodatis dictum priuilegium indulxit & dotatis denegauit, ut in dictis iuribus habetur, vbi de indotatis tantum loquitur. Quærunt doctores an nihilominus possit dari casus in quo & mulieri dotatæ nihilominus quarta debeatur, & è contra indotatae denegetur, & respondent quod sic. Primum verificatur quando dos est parua, tunc enim æque quarta debeatur ac si esset nulla, Bal. in d. aucten. circa fin. quem communiter doctores sequuntur

8  
tur, ut dicit ibi Dec. in 2. notab. nu. 3. Niui. in commu. verb.  
vxor. Iosep. Ludouï. conclu. 35. nu. 1. amplia. Rolan. a Val. in  
conf. 14. nu. 29. vol. 3. Nat. in conf. 246. nu. 6. Cæs. de Gras. de-  
cis. Roma. 162. nu. 13. & 14. Surd. decis. 61. nu. 2. cum infinitis  
alijs.

De secundo ponunt doctores exemplū in muliere quæ  
licet sit indotata, habet tamen bona sufficiētia, vnde se pos-  
sit alere: prout declarat Cephal. in conf. 671. num. 16. & se-  
quen. li. 5. Socin. Sen. in conf. 121. nu. 36. lib. 4. Corn. conf. 249  
col. fin. vers. & insuper lib. 3. & conf. 4. num. 7. lib. 4. Vincen.  
Honde. in conf. 93. num. 15. li. 1. vbi dicit ita omnes fateri. Fe-  
deri. Scot. qui dicit contrarium fore inanissimum rationis  
respons. 5. nu. 25. titu. 1. lib. 3. optime probat Collegium Pa-  
ratinum in illo conf. quod edidit in illa causa Catherine  
de Lucatellis bonorum nu. 32.

Mouentur omnes quia dispositio dictæ aucten. præterea,  
& corporum vnde sumitur emanavit in fauorem mulierū  
pauperum ex ratione ne in opprobrium bene transacti ma-  
trimonij mendicare cogeretur, ut in eisdem iuribus habe-  
tur, quæ ratio cum eodem modo vigeat & militet in mu-  
liere dotata dote parua atqui in non dotata, & cesseret quæ  
in habente alias vnde se alat atqui in dotata, inde fit ut non  
semper ex eo quod mulier non sit dotata, habeat propte-  
rea quartam, & è contra eam amittat quoties erit dotata;  
lex enim non curauit de modo dum haberet effectum.

Et si queras, cur ergo de indotatis mulieribus, & nō de  
alijs imperator meninīt, & se illis particulariter benevolū  
reddidit si nec semper quod est indotata mulier, habet  
quartam, & nec semper quo dotata sit, eam perdit? Respon-  
det tibi pulchre Feder. Scot. loco supra citato, quod mens  
Imperatoris non fuit alia quam velle demonstrare quod  
mulieri inopi, & mendicæ volebat, subuenire ne in oppro-  
brium & dedecus &c. cumq. ea quæ dotem non habet re-  
gulariter sit quæ est pauper, & inops, cum regulariter pa-  
trimonium mulieris consistat in dote, & non in alio; & præ-  
ter dotem bona pars mulierum nihil habeat, nec soleat ha-  
bere,

bere,l.3.§.sed vtrū in fin.de minor. cum concordan. inde factum fuit vt secundum qnod frequentius accidit, pro mu liere inope & mendica posuerit indotatam, non quod ad in dotatā tantum se restringere voluerit, vt dictum est.

Ita punctualiter succedit in nostro casu, in quo donato rī intentio, & mens (clarum est) fuit prouidere filio suo ad sacros ordines conuolare volenti, de aliquo de quo se ale re posset ne in opprobrium, & dedecus ordinis clericalis mendicare cogeretur, donech haberet vnde viueret, vt satisfaceret Sacrorum Canonum dispositioni p̄cip tium neminem alias ordinandum, & quia frequentior modus per quem clericī consequuntur vnde viuant, est per af secutionem alicuius beneficij ecclesiastici, ideo frequentio ris v̄sus gratia posuit, donec de aliquo beneficio ecclesiasti co fueris prouisus, pro eo q̄ est donec habeas vnde viuas, vt iura canonica ponunt, & sufficere volunt, qualiter cūq. sit & vnde cūq. veniat vt probatimus supra. Vnde sequitur quod non sunt tenaciter, & Iudayce ea verba tenenda qua si non extinguitur obligatio patrimonij p̄stāndi modo quam per aſſequitionem vnde viuat ex beneficiis ecclasiastico, sufficit enim quod aliud illud aſſequatur. Ne est dubitandum de validitate pacti extinctionis patrimonij in casum quo vel ex redditibus ecclasiasticis, vel alias habe ret clericus vnde viuere possit, cum enim id non sit contra concilium, permīssum omni iure censetur, prout in terminis docet Nicol. Garcia de benef. l. par. c. 5. nu 139.

Additur quod ista donatio, quæ filio fit pro ſi ſcindendis ordinibus, fit quidem, ac fieri censetur ad alimeū quæ pa ter ipſi p̄ſtare tenebatur tempore quo filius sacros ordines assumit, prout ex his quæ Dec. not. in cit. c. Epif. de preben. docent Couar. in cap. Raynal. §. 2. nu. 7. fere in prin. & Ioan. Gutier. in prac. q. 65. num. 7. lib. 2. & non obſcure colligitur ex dispositione c. 2. ſessio. 21. Sacri Concil. Tridē. & ex temore eiusdem nostræ obligationis, vbi dicitur fieri vt inde habeat ordinandus vnde ſe alat, ne in opprobrium, & dedecus ordinis clericalis mendicare cogatur. Cui obli

B gationi

gationi nullatenus melius videtur pater satisfecisse quam relinquendo ex post eidem filio, prout reliquit in suo testamento, vnde se alias alere posset commodissime; dicendum est ergo quod cessavit illa obligatio respectu reliquorum bonorum donatorum per eundem patrem Petro Llunell etiam filio suo, & quod pater per istud ultimum relictum bonorum sufficientium ad alimenta Iacobi, voluit extingue re primam illam obligationem. Maxime quia in eodem testamento ubi dictus Iacobus fuit institutus heres, confirmavit testator expressim donationem **antea** Petro factam, super cuius bonis compræhensis in donatione petit aduersans suum prætensem patrimonium, propter quod non est nec esse posse arbitror qui sibi persuadeat quod voluerit testator onus prædictum patrimonij prestanti penes bona prius donata, & in donatione expressim in testamento **co-**formata contenta remanere.

Secundum fundamentum, quo iustificatur intentio Petri Lunell rei conuenti, est in casu quo propter adoptionem b. s. orum sufficientium ad viuendum non fuisset patrimonium extinctum quia extinctum saltē foret, & seu extincta obligatio illud soluendi, propterea quod Iacobus Llunell pars aduersaria creditar successit Antico Llunell suo debitori, quia nōcpe fuit eius heres factus, & adiuit illius hereditatem: ex hac enim aditione resultat proculdubio effectus solutionis, quia creditor eudeundo hereditatem sui debitoris eo ipso censetur sibi debitum soluisse, de quo est pulcher tex. in l. si ei cui 12. §. 1. vbi Bar. & alij de euic. Cassana. conf. 23. nu. 23. Manti. &c coniec. vltim. Rolan. lib. 7. tit. 8. nu. 13. Peregr. de fideicom. art. 35. nu. 17. Por. Immol. conf. 92. nu. 94. qui dicit quod in isto casu lex interpretatur illico solutione quādam imaginaria obligationem filij adeuntis extinctam, Surd. eleganter in conf. 291. nu. 12. & alij citati per Cassana. & supradictos in dictis locis. Si ergo solutionem illa aditio operata fuit, & per solutionem extincta obligatio, cum solutione eius quod debetur tollatur omnis obligatio, §. 1. instit. quib. mo. tolla. oblig. cum simil. male pars altera nunc pensiones

pentiones prædicti prætensi patrimonij petit , bona fides enim non patitur ut idem debitum bis exigatur , l.bona fides de reg.iur.& c.bona fides de reg.iii.in 6.

Ex eadem aditione hæreditatis consequitur etiam aliis effectus quod remanent confusæ actiones ne exerceri aliquo modo possint,maxime quādo creditor est directo institutus absqne aliquo grauamine,provt hic,& est ratio cui dens quia cum tunc eadem sit persona creditoris,& debitoris,impossibile est quod actio,& passio possint esse in idem subiecto,l. 2. §. vlt.de hered.& actio.vendi.& in l. i. penul.in fin.ad l.falcid.Meno qui pulchre loquitur,in conf. 89.nu.153.Cassana.conf.29.nu.48.post Matin. Monter. in l. debitori nu.12.C.de pac.bene Hiero.à Lauren.decis. Aue-ni.45.nu.1.& 2.

Nec mihi dicatur quod debitor patrimonij non erat Anthicus Llunell tempore mortis, sed imo Petrus donatarius cum ex quo bona ei donauit dum istud onus eis inerat , & bona dicuntur, quæ supersunt deducto ære alieno, debitū istud translatum fuit in donatarium,& illo donator per donationem exoneratus.

Quia respondeatur quod imo verus debitor dicti patrimonij perpetuo remansit dictus Antichus,quia palam est quod donatarius si remansit debitor,id tantum fuit in subsidium casu quo donator non esset soluendo,& discussione prius contra eum facta,vel nullo donatoris reperto post eius mortem herede, Guid.Pap.decis.105.decis.Thosol.386 & ibi additio Aufre.& alij adducti per Caro.decis.seu cas. 125.nu.3.Idem.Caro.nu.9.vers.sed prædicta,vbi dicit supradicta de non conueniendo donatarium nisi in subsidiū, procedere tam in actione reali,quam personali Costa. de remed.subsid.remed.108.nu.6.

Imo Anth.Fab.in suo Cod.lib.8.tit.34.de dona. defin. 4 pluribus probat in nullo casu creditores habere actionē cōtra donatarium, nec posse contra donatarium agere , sed contra donatorem sibi obligatum,& si quæ actio contra donatarium competit,ea competenteret donatori ad cogendum

B 2 dona-

donatorum actiones in se suscipere creditorum hereditariorum.

Accedit quod debitor est proprie à quo inuitò pecunia exigi potest, vulgā l. debitor, de verb. significat. clarū est autem quod ab Anthico Llunell dum viuebat, poterat debitū istud exigi, si non erat extictum, ergo ipse erat vere debitor. Cui cum successerit creditor, a primo ad ultimum concluditur extictam fuisse actionem quamcumque quæ ei cōpetisset.

Tertium, & ultimum fundamentum, cui iustitia dicti Pe-  
tri Llunell innititur est præsumptio compensationis, quæ in-  
ducitur ex institutione heredis quam Anthicus Llunell fe-  
cit in fauorem dicti Iacobi filij sui: cum enim debitum esset  
necessarium ut pote contractum pro alimentis, quæ pater si-  
lio præstare tenebatur tempore quo facros ordines assume-  
bat ut superius diximus, ex hoc enim sequitur quod debi-  
tum sit, & dici debeat necessarium, quia debebatur ex  
causa necessaria cum ita iubente lege immediate absq. ho-  
minis facto præstandum esset, prout declarat Meno. de præ-  
sumpt. lib. 4. præsump. 109. nu. 2. bene Barbos. in l. si cum do-  
m. §. si pater ff. solu. mat. nu. 5. vers. 1. Ioan Crot. in consi.  
214. nu. 6. lib. 3. tradentes exemplum in legitima, & dote, cō-  
stat enim legem ipsam esse quæ cogit parentes, velint, no-  
lint, ad alimenta liberis præstanta, in quo confirmando nō  
est quod tempus inutiliter consumamus cum sit plus quam  
notoriū, & probat l. si quis a liberis §. si quis ex his, de lib.  
agnos. & prosequitur late Surd. in tracta. de alimen. tit. i. q.  
i. statim in initio. Nec quicquam mutat quod pater expres-  
sim dicta alimenta promiserit, & seu pro eis id quod in in-  
strumento patrimonij continetur, non enim propter ea est  
iudicandum debitum voluntarium, quia quamuis sponte  
promiserit, tamen cum sciret se cogi posse, perinde haben-  
dum est ac si propter necessitatem legis promisisset, argum.  
l. nouissime, quod falso tutore auctore, cum alijs all. gatis  
per Barbos. in d. §. si pater l. si nō dotem ff. solu. mat. num. 34  
vers. octauo principaliter c. ent. Cum (inquam) debi-  
tum

13

tum predictum esset necessarium, inde sequitur quod quicquid relictum filio in testamento fuit, animo compensandi factum fuisse censeri debet, ex l. si cum dotem § si pater ff. solu. mat. & L omnimodo §. imputari c. de inoffi. testam. Meno. in cira. præsump. 109. nu. 35. lib. 4. Barbos. vbi supra, qui dicit in hac specie sine dubio procedere regulam quod censemur relictum animo compensandi.

Id quod procedit non solum quando per debitorem est factum creditori aliquod legatum, sed etiam quando est institutus ab illo hæres, prout in terminis probat tex. allegatus in l. si cum dotem in §. si pater ff. solu. mat. quæ in terminis loquitur de heredis institutione. Circa quod Barbos. ibidem nu. 15. vt euitaret nonnullas amaritudines, & signanter illam, quomodo potest fieri quod in institutione heredis possit compensandi animus considerari cum vt plurimum in speciebus, & corporibus consistant hereditates, & in pecunia credita, inter quæ regulariter non præsumitur talis animus, dicit disposita in l. predicta procedere non tamen quia eo casu admittatur compescatio, sed potius quia in persona filiæ heredis instituta concurrebant duæ qualitates contrariae quod sit creditrix, & debitrix, inducitur cetero, l. Vranius de fideiis. & ideo debitum petere non potest idem Barbos. nu. 17. in si quod quomodounque sit probat nostrum intentum. Imo etiam si debitum istud consideraretur uti voluntarium respectu patris, adhuc esse compensationi locus, ac compensandi animus præsumeretur, quia adsunt coniecture ad tradita per Meno. præsump. 110. num. 28. vers. receditur li. 4. Couar. in c. officij. in fin. de testam. Cravuet. in cons. 131. nu. 17. & cons. 149. nu. 3. vbi latè de coniecturis. Maluasia cōsi. 72. per tot. & in terminis institutionis hæredis, Laurent. decis. Auenio. 45. nn. 3.

In casu occurrenti adeo urgenterissima præsumptio quia videmus quod testator in eodem testamento ante institutionem confirmauit expresse donationem quam fecerat Petrus Llunell filio suo, quod est denotare se velle quod omnia bona comprehensa in dicta donatione libere haberet.

B 3 Et non

Et non solum eam donationem cōfirmauit, laudauit, & approbatuit, sed etiam alias duas alijs filijs suis factas, ac alia etiam quam eius pater cuidā fatri suo fecerat, cui ipse consenterat, sed semper subticuit illam quam in instrumento patrimonij fecerat dicto Iacobo Llunell, signum hoc est euidentissimum quod noluit dictus testator quod dictus Iacobus aliud haberet præter id quod continetur in institutione heredis, alias illam donationem confirmasset sicut reliquias, aut de ea meminisset.

Est & alia coniectura quod plus proculdubio valeat q̄ cotinetur, in institutione quā q̄ in obligacione patrimonij vti cōstat in processu quo casu pr̄sumitur animis cōpēfandi etiam in debito voluntario ex doctoribus, quos adducit Meno. in sepcita. pr̄simp. 110. nu. 32. in finib. 4. Ex quibus vides qualiter iustitia d. Petri Llunell remaneat manifesta & clara.

Solum restat satisfaciamus duobus dubijs, quae audiuiimus inter informandum. Primum est q̄ nō videatur tractaris posse de extinctione huius patrimonij sub prætextu quo d. clericus habeat alia bona secularia unde viuat, quia posset quod postea ipse dilapidaret ista bona quae nunc habet, & mendicare cogeretur in opprobrium & decus ordinis clericalis, contra intentionem Sacrōrū Canonum. Ne ergo succedat, melius est quod de predicta extinctione non tractetur.

Respondetur tamen faciliter quod tristes euentus non sunt in consideratione l. inter stipulantē §. sacrā. de verb. oblig. cum similibus coniestis in unum per Surd. decif. 202 nu. 13. Rot. Rom. apud Seraphi. decif. 351. n. 20. ubi simplex potentia euentus non est considerabilis sicuti ad propositum aucten. præterea C. unde vir. & vxor dicit Barz. decif. 129. nu. 30, quod est habenda ratio operarum mulieris, quibus mediantibus potest sibi victimum querere, ut per eas excludatur a quarta, nec esse habendā rationē quod possit infirmari ex post & alias inhibillitari ad operandum, & ego etiam non nihil ad propositum dixi de pac. nup. clau. 4. glof. 22. ex nome. 10. cum sequent. & possēt mille exempla

pla ad id adduci.

Sed quid est opus ire per mendicata suffragia vbi habemus Sacrum Concilium Tridentinum, quod in terminis de hac re loquens ses. 21. c. 2. nullam huius rei voluit haberi considerationem dum concedit quod renuntiare vel alicnare patrimonium clericus possit quandocunq. habeat alias vnde viuere possit, non attendendo si potest, vel non potest, a clero postea alienari id quod tunc habebat vnde viueret, quod permittit fieri posse etiam sine licentia Epis. vt ibi habetur. Ceuall. in commu. contra comu. q. 527. nu. 8. Flami. de resigna. benefi. lib. 2. q. 6. n. 36. & lib. 5. quæst. fin. num. 174. Nicol. Garcia de benefi. 2. par. c. 5. nu. 186.

Est secundum & ultimum dubium an Index secularis possit de his cognoscere. Responde. quod sic ratio est clara quia istud patrimonium non est ecclesiasticum, sed imo seculare, vt tenet in terminis Spino in speculo testa. glos. 18. de meliora. nu. 72. non enim adest in eius constitutione nec Episcopi consensus, nec aliqua alia solemnitas quam ecclesiasticum illud efficere valeat, vt de se patet, & id demonstrat Sacri Cōcil. Tri. dispositio in cita. c. 2. ses. 1. dū sine licentia Epis. permittit illius alienationem in casu quā clericus habeat vnde viuat, quod non foret si ecclesiastica res esset, patet enim quod ea alienari nullatenus sine decreto potest.

Et quomodo quæso dici potest quod agenti contra me vigore huins obligationis, non possim ego opponere de illis extinctione, sicut oponerem si contra me ageretur per ecclesiasticū vigore alicuius violarij etiam in dotem datī beneficio si pretendarem extinctionem vitarum ad quas fuerat illud creatum, certe nulla est ratio.

Et si, & vbi reperitur, dispositum quod hac patrimonia gaudeant primlegio fori ecclesiastici, id est non quia ecclesiastica sint, sed quia accedunt personæ clericorum, & ideo eius sequuntur naturam tamquam sui principalis, non aliter nec alio modo vñ docet Spino. d. glos. 18. nu. 72. & Aldera. Mascar. de interpre. statu. conclu. i. nu. 96.

B 4 Et in

Et in summa hec bona dicuntur gaudere priuilegio fori sicut reliqua bona patrimonialia cleriorū quēcūq. sint non alio modo ut colligitur ex Meno. quem Spino allegat , de recupe. posses. remed. 15. nu. 21. vbi patet quod istud priuilegium fori omnibus bonis patrimonialibus, non solis illis, ad quorum titulum clericus est ordinatus, tribuitur.

Sicut ergo in reliquis bonis patrimonialibus, clerici si secularis in iudicio seculari pulsatur a clero, licet seculari circa dicta bona suas exceptiones deducere , & de eis cognoscitur in dicto seculari iudicio, sic in casu occurreti. Ex quibus &c.

**Fontanella.**

### B A R C I N O N E.

Cum licencia, ex Typographia Stephani Liberos;

M. D C X V I I .